Joannes Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ
Volyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livo. Smolen. Seve. Czernacq.

Nobiles et spectabiles Fideliter Nobis Dilecti. Concluso feliciter connubiali Serenissimam Regiam Principem Poloniæ et M. D. Lit. Teresiam Mariam, Filiam Nram Charissimam inter, et Serenissimum Principem Dnum Electorem Bavariæ fœdere; actum sponsaliorum Varsaviæ in diem 15. Mensis immediate sequentis Augusti celebrandum indiximus. Quod ipsum Fidel. Vris eo uberius communicatum esse volumus, quo certiores sumus Fidel. Vras ea sibi inde auspicaturas solatia, quæ ex augmento, perennibusq. Domus Nræ Regiæ decoribus in suos fortunatos cives Fidis ac faventibus animis manatura aliquando desiderare possunt. Hæc dum benedictionibus Divinis, Regio ac simul Paterno commendamus voto, Fidel. Vras optime valere iubemus. Dabantur Jaworoviæ die XXV Mensis Junij Anno Dni MDCXCIV.
Regni vero Nri XXI.

Joannes Rex

ad Magistratum Kounen.



List Króla Jana III do
[illegible] należyte [illegible]
[illegible] do Miasta Kowna

Nblibus & Sblibus Praecon=
suli, Consulibus, totiq Ma=
gistratuj Civitatis Nrae Cau=
nen: fideliter Nobis dilectis

18



Cauna:

6

305

